



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Cap. XVI. De oratione remedio, vbi & aliquot iaculatoriæ orationes
ponuntur tempori tentationum accomodatæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40093

Deo obtinendum, & cur Deus tam illis adfit, qui in illo confidunt, & sibi diffidunt. Ratio huius & sapius ante posita est, & eandem ipse Dominus Psalmo 90.

allegat: *Quoniam in me speravit, liberabo eum, & defendam eum. Quare? Protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.* Exacte il-

lud sanctus Bernardus exponit, dum ait: *Si tamen cognoverit nomen meum, ne sibi tribuat, quod liberatus est, sed nomini meo det gloriam.* Tunc enim Deus negotium sibi sumit, & onus in se suscipit: & ad gloriam & honorem suum dirigit. Dum vero quis sibi medijs & diligentia suæ fidit, totum sibi adscribit, & Deo aufert, & se eo honore & gloria, quæ Dei solius est, extollit, illum Deus in fragilitate permanere sinit, ut nihil efficiat; ut enim ait Pro-

pheta: *Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibis viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in iis, qui sperant super misericordia eius;* hisque copiosam & abundantem misericordiam, fauorem & auxilium impertitur.

Sanctus Augustinus ait, ideo Deum subinde dona & fauorem suum differre & permittere, ut diu in nobis remaneant aliquorum vitiorum reliquiæ, & pravae inclinationes, quas habemus, quas plane vincere & delere non possumus. Non ut damnemur, sed humiles simus. Commendans nobis gratiam suam, ne facilitatem in omnibus assequuti, nostrum putemus esse, quod eius est: qui error multum est Religionis pietatique contrarius. Sin. hæc facile acquireremus, nõ tanti ea faceremus, persuadentes illa nostra diligentia parata esse. Sanctus Gregorius in verba illa Iob: *Eccc non est auxilium mihi in me,* dicit: Plerumque enim virtus habita deterius, quam si deesset, interfecit: quia dum ad sui confidentiam mentem erigit, hanc elationis gladio transfigit: cumque eam quasi roborando vivificat, elevando necat: ad interitum videlicet pertrahit, quem per spem propriam ab interna fortitudine fiducia euellit. Sæpius tam male Dei donis & virtute uti-

mur, ut vtilius nobis foret ea non habere, eis enim superbimus, & statim nobis valde fidimus, & nobis, viribus nostris & diligentijs adscribimus, quod pura puta Dei gratia & misericordia possidemus.

Ideoque Deus nobis sua sæpe dona negat, & millies suam quis insufficientiam & fragilitatem experitur in multis operibus bonis, magnis & parvis, quæ facere non potest, dum vellet, & permittit, ut longo tempore hæc insufficientia duret, ut se discat humiliare, & sibi non fidere, nec sibi quid adscribere, sed omnia in Deum referre. Tuncque canere & dicere poterit: *Arcus fortius superatus est, & infirmi accincti sunt robore.*

CAPVT XVI.

De orationis remedio, ubi & aliquot iaculatoria orationes ponuntur tempori tentationum accommodata.

18.

ORATIONIS medium semper nobis valde commendatū esse debet, nam medium omnium est generalissimum & præcipuum, quod ideo sacra Scriptura & Sancti nobis proponunt. Idemque Christus nos docet, ut videre est in Evangelio: *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* Idque non solum verbo, sed & exemplo nos ipsa passionis nocte docere voluit, dum se longa & profixa oratione ad pugnam illam pararet. Non quod ipse eo opus haberet, sed ut nos erudiret, sic in omni nostra aduersitate & tentatione agere. Abbas Iohannes dicebat, Religiosum esse oportere similem homini, qui sinistra manu ignem, dextera vero aquam fert, ut ignem incendentem aqua statim extinguat. Sic & in nobis incipiente ardere, turpium & inhonestarum igne ardere & incendi, statim aqua ad manum habenda, & orationis aqua utendum, ut extingatur. Adducit & aliam similitudinem, & dicit: Religiosum similem esse homini, qui sub ma-

2 3 gna

gna recumbit arbore, qui videns se à serpentibus & multis feris inuadi, quibus eum resistere non potest, arborem ascendit, & ibi se tuetur.

Eodem modo & Religiosus aduertens tentationes ingruere, ascendere oratione debet & ad Deum recurrere, & sic seruabitur, & à Diaboli laqueis & tentationibus liberabitur. *Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum.* Frustra ille laqueos suos tendit, si nos volare & in sublime orationis alis tendere nouerimus.

Prout. 1. 17.

Psal. 24. 15.

1. part. tr. 15.

Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellens de laqueo pedes meos.

Prima parte fusius de hoc orationis medio egimus: nunc solum colligemus aliquot iaculatorias orationes, quibus tali tempore uti poterimus: plena his est sacra Scriptura, præcipue Psalmi orationibus huc pertinentibus repleti sunt; cuiusmodi sunt: *Domine vim patior, responde pro me. Exsurge, quare obdormis, Domine? exsurge, & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis? obliuisceris inopia nostra, & tribulationis nostra? Apprehende arma & scutum, & exsurge in adiutorium mihi: disc. anima mea: salus tua ego sum. Usquequo Domine obliuisceris me in finem? Usquequo auertis faciem tuam à me? Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? Respice, & exaudi me Deus meus: Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in mortem, ne quando dicat inimicus meus, prauulsi aduersus eum. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. In umbra alarum tuarum sperabo. Et in velamento alarum tuarum exultabo.*

Psal. 38. 14.

Psal. 43. 23.

Psal. 3. 2.

Psal. 12. 1. 3.

Psal. 9. 10.

Psal. 56. 1.

Psal. 62. 3.

Ut pulli sub matris alis se abdunt veniente miluo, eodem modo & nos Domine sub alis tuis seruabimur, & custodiamur.

Augustinus.

Psal. 16. 8.

Psal. 67. 1.

Multum sanctus Augustinus hac consideratione lætabatur, & Deo dicebat: *Si non me protegit, quia pullus sum, miluus me rapiet. Sub umbra alarum tuarum protege me.* Ad hoc præcipue multum valet Psalmi 67. initium: *Exsurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius.* Ut enim ipsi non

virtutes nostras, sed Deum opponimus, nobis non fidentes, & contra ipsos lux Maiestatis auxilium implorantes; deficient & fugiunt, quod illum pro nobis arma sumpturum videant.

Aliquando nobis his & similibus sacra Scripturae verbis, quæ singularis sunt energiam, vtendum: aliquando huiusmodi, quæ necessitas in nobis exprimit (quæ etiam valent plurimum) hoc remedium in manu habendum, & ad Deum per orationem recurrendum.

Ideoque dicere solitus erat Pater Magister Iohannes Auila: Tentatio ad te, tu vero ad Deum. *Leuavi oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram.* Nobisque enitendum, vt clamores hi & suspiria non ore, sed & ipsius præcordijs exeant, secundum illud Prophetæ: *De profundis clamaui ad te Domine.* Ait sanctus Chrysostomus in hac epistola: *Non dixit solummodo ex ore, neque solummodo ex lingua: nam errant etiam mente verba funduntur: sed ex corde profanissimo, cum magno studio & magna animi acritate, & ipsis mentis penetrabilibus; magnoque feruore ad Deum clamabat.*

CAPVT XVII

De duobus aliis contra tentationes remediis.

AIT Sanctus Bernhardus, quod dum Diabolus aliquem fallere vult, prius diligenter naturam, conditionem & inclinationem eius exploret, eoque, quo magis illum propendere aduertit, illum adoriatur. Facilioris & suauioris naturæ inhonestis tentationibus & vanæ gloria inuadit: asperæ vero & austeræ conditionis ira, superbia, indignatione & impatientia tentat.

Idem annotat & diuus Gregorius, idque probat similitudine ab aucupibus sumpta, quibus id vel primum est, vt